


FRANCISCI
INSVLANI AD
IOSEPHI SCALIGERI
Epistolam
RESPONSIO.

Atque interea de exacta anni emendatione.

*Ad Illustrissimum virum Philippum Huraltium
Cheuernium Franciæ Procancellarium.*

H. J. 7. 66.

(32)



PARISIIS.

Apud Ioannem Richerium, via Diui Ioannis
Lateranensis, sub signo arboris
virescentis.

M. D. LXXXIII.

FRANCIS

IN SVL ANI AD

JOSEPH SCALIGER

Epistolam

RESPONSO

Atque inactis de exactis commentationibus

Ad Hystoriam veteris Philippi in Hystoriam
Christiana Principis Procellarum

11. J. 7. 06

(3)



PARIS 1515

Apud Joannem Richetium, in Divi Joannis
Lucianensis, sub signo alicuius
virescentis

M. D. LXXIII



FRANCISCI INSV-

LANI AD IOSEPHI

Scaligeri Epistolam

RESPONSIO.

Atque intereà de exacta anni
emendatione.



ERGE supra nubes ventoso attollere
curru

Turgentes animos, vanâque cupidine
vani

Nominis inflatus Francisci in munia
rumpi.

Perge ipsis etiam à probris arcessere nomen:

Hoc gentile tibi, cunis primoribus artes

Haspius infudit pater: flla domestica pridem

Scaligeris virtus: Vinces hac parte volentem:

Eia agedum, hac scala te Scaliger euehe Cælo.

O summis commune, & ineuitabile fatum

Ingeniis, amor ipse sui! Proh, nomine vt ipso,

Proh vt successu non inturgescere lato,

Paucorum est hominum! si Diis fœliciter vsus,

A ij

Dūs Jofephe etiam didiciffes cautiūs vti,
 Fors erat, vt nomen nec prorfum ignobile Mufæ
 Feciffent: at dum vi, non virtute merendum
 Sæue putas, famæque viam feciffe ruina,
 Effera vis animi mauult, dum denique nîl non
 Inſipidum, niſi quod demum eſt cum ſtigmatē, ducis,
 Is furor, is faſtus, nata ad conuitia lingua
 Hæc rabies, primos famæ aſſurgentis honores
 Præcîdit, meritique fidem: Furor ille Jofepho
 Æternum, æterno pro nomine, vulnus inuſſit.

Ridiculum, infeſtumne magis te fecerit, hoſtem
 An ſcurram, incertum eſt: & ni præſagia fallunt
 Inſuleum, potior nox certè æterna, pudendum
 Quàm quod, ni reſipis, faciet petulantia, nomen.

Omnibus inſultas, omnes tibi, turbinis inſtar
 Aut agis, aut ageris: mens improba cæde vacantes
 Nauſeat ad titulos, quodque eſt ſine ſanguine nomen.
 Inſcælix, alias quærendi nominis artes
 Quem non edocuit Phæbus, tibi noxius vni.

Mille laceſſitus probris Lucanus, ad illa
 Comiter, & paucis reſponderat, vt neque famæ
 Sollicitum uſque adeo, quàm facta ad vulnera victum
 Suspiraffe putes, tamen ac ſuſpiria vix dum
 Semineci liceant, en tu conuitia rursus
 Rursus damnoſe ſoluenda repagula lingua
 Duxiſti: nondum tepe facta à cæde recenti
 Jam redeunt ad flagra manus: heſterna cicatrix
 Vulneribus geminata nouis coiſſe vetatur.

Quid? certè Phalarim conclusis ære, boatus
 Quos miseri poterant illic, gemitumque dolori
 Permississe ferunt: Iosephus iniquior ergò
 Hoc monstro fuerit? tanta arte, tot undique telis
 Lucanum, tot stigmatibus dum conficis unum,
 Hunc gemere, hunc aliqua tam crebra in vulnera voce
 Mutuisse inuideas? perfer Iosephe dolentem,
 Quem laniæ: animæ languenti munia summa
 Singultus permittes: sis scilicet horum
 Munificus, quæ vel natura extorserit ultro.
 Grata etiam forsân sitibundæ accessio menti
 Hæc fuerit, læsum à te post audire gementem.

Inuitus quamquàm tecum hæc in scripta, gemensque
 Pertrahor, hoc quicquid pugnae est, tua culpa necessum
 Iam fecit: iustus nobis quacumque mouemus
 Sanciet arma dolor: Iosephi insania nos huc
 Deduxit, tacuisse ut nec, si vellet, honestè
 Iam musæ liceat: quæ nolim, velle necesse est.

At verò asperius bellum, dextramque trisulco
 Fulmine terribilem, verbum si faxo, minaris.
 Credo equidem in pueros, Bullatumque agmina fatis
 Imperium cessisse tibi, tua Scaliger illo
 Carcere maiestas, illic tua fulmina sunt:
 Insuleum certè nūl hæc crepitacula terrent.

Denique cū ratio tutanda ad somnia, cū ius
 Deficit, ad titulos maiorum, ad auita recurris
 Stemmata: vis causam tam iusto examine pendi.
 Ergo Scaligerum nomen quasi Gorgona causæ

I
 Scaligeri e-
 nim verba
 hæc sunt
 pag. 20.
 Meminerit
 Insulanus
 hæc ludum
 iocūmque
 esse præ ut
 quas turbas
 dabo, si ite-
 rum &c.

1
Epistolæ
nempe
pagina 19.

Præterdis: generis tanti meminisse locique
Debuit Insuleus, inquis, titulòsque vereri.

Certè ego (quod toties prædixi) stemmata gentis
Scaligeræ, Insuleæ modò & tu stemmata gentis
Agnoscas, agnosco lubens: tanto ordine si tu
Scaligeræus auos reges, at auòsque recensēs,
Nos & auos, at auòsque minore nec ordine reges
Insulidæ numeramus, ut, & te teste Josephæ,
Belgica testantur passim. Verona tuorum
Imperiis regnata iugum diadematis olim
Excussit, vi rapta tuis plebs sceptrâ prophanat,
Hic casus, ea fata mihi communia tecum.

Utque ea Scaligeri, venturâque sæcula discant,
Insulidum à prima repetemus origine iam nunc
Et genus, & nomen: quæ pridem stemmata genti,
Ipse nepos dicam, mea sors me vate pateſcat.

Belgarum medijs, quæ Flandrica dicimus, aruis,
Horrida qua gradibus sex senis tollitur Arctos,
Et belli & pacis studiis clarissima gens est,
Insula cui nomen: Gentis de nomine reges
Dixere Insuleos: nostri ducuntur ab illo

2
Pro insigni
enim & stē-
mate Lilia
sunt Insula-
nis princi-
pibus.

Sanguine Maiores: nobis & gentis & urbis
Perstat adhuc nomen: prisca illa insignia nobis,
Liliâque hæc perstant, atavis quæ regibus olim.

Nos, ut habent & sceptrâ vices, sors culmine tanto
Deiecit: fuimus Troes, fuit Insula quondam
Nostra, fuit sceptrum: tot stemmata sanguine multo
Quæsierat, multo seruarat Baudius heros:

3
Comes e-
nim Flan-

*Spe nos progeniem, serósque in sæcla Nepotes
 Usuros olim, noménque perenne futurum.
 Diis aliter visum, nos his ciuilitér, hostis
 Vipotitur. sors cuique sua est, suus omnibus orbis.*

*Non animus tamen inde mihi, non concidit omnis
 Maiestas, in eos nullo qui iure rebellant,
 Vis supereft animosa: manu, non pectore sceptrum
 Excusum, infælix certè, non degener hæres.*

*Quæ ne vana putes, Belgarum consule fastos,
 Consule & annalles, quibus est comprèssa Britanni
 Imperij series, crebra illic mentio nostri*

*Nominis, & sceptri: Nil quicquam antiquius illic:
 Nil prius Insuleis: ut lato insederit orbi
 Maiestas sceptri: quibus armis parta, quibûsque
 Diruta regna, leges: ut fulserit Insula quondam,
 Insula, quæ nostri prima atque nouissima sedes
 Imperij, à nobis habet indelebile nomen.*

*Ad te igitur Iosephe redi, per te inspice tandem,
 In re vtrimque pari, quàm tu iuueniliter hosti
 Insultes: generis splendor splendore retusus:
 Eous tibi iam pridem, mihi paruit Arctos.*

*Altera pars chartæ in sesquipedalia rursus
 Verba minax recidit: Superos, Acheronta mouebis.*

*Horridulam certè his spectris, de more iuuentam,
 Protensâque minax scutica, solioque verendus
 Terrifices, nos has iam pridem excessimus oras:
 Et risum, bilem nunquam Iosephe mouebis,
 Littera ni posthac succedat sanior illa,*

dricus no-
 mine Bau-
 douyn au-
 thor est &
 vrbis Insu-
 læ & gene-
 ris Insulani
 vt ex Gui-
 chardini
 historia, &
 aliis com-
 pluribus vi-
 dere est.

I
 Guichardi-
 ni nempe,

Qua fronte & titulo domini testata furorem,
 Interiore tamen secessu, quantus eidem
 Sit stupor, edocuit, si quis diiudicat ipsum
 Cælum à quisquiliis, atque ut duo turpiter istic
 Crimina iam fassus, reliquorum frigidus idem
 Defensor fueris: quo te satis indice prodis.

Totus in aucupiiis vocum nil Scaliger extrà
 Limen Grammaticum spiras: De nomine nomen
 Rimari, de litterula tentare volumen,
 Et quoquo uersum scholiis perfundere chartas,
 Hæ tibi erunt artes: Cælum & mysteria tanti
 Arcani, Iosephe, tibi interdicta memento.

Quod sat testata est, eadem vel epistola, qua nos
 Perstringis: nam dum sermo est de vocibus, illic
 Luxuriat stylus, & nota florescit ab arte.
 Ad cælum ut ventum est, obiecta ad crimina palles
 Infelix reus, & veri vis ipsa pudendum
 Errorem, temerè que asserta agnoscere cogit.

Scilicet haud æquè promptum est imponere Cælo,
 Ac ludo, non antithetis libratur Olympus.

Mè que tui certè miseret, qui nomina post tot,
 Pest tot grammatico quasi as puluere laurus,
 Tandem in ea, Iosephe, à qua te fata repellant,
 Arte, senescentes posuisti in gloriis annos.

Ergò bis ad veniam pedibus victoris adactus
 Tertio in Insuleum possis attollere cristas
 Demens, teque iterum nostro præbere triumpho?

Tertia & hæc quamuis de te quoque palma Iosephe,

*Insuleo est, numeris quod compellatus ab illo,
Non eadem arma potes, cytharamque ignare recusas.*

*Quod si multiplici contortam ambage Matheſim
Subiecisse modis multi est sudoris, & illic
Par decus, ac labor est. non est sine puluere laurus.
Sed, quod coniicio, te Musæ Helicone fugarunt,
Ad numeros stupor est, scurrisque simillimus ipsis
Mutescis Iosephe, nisi cum turpiter audes.*

*Os ergo impurum perdigna authore Iosepho
Voce, Poetaſtri nos tandem nomine dixit.*

*Pieridum salua si maiestate liceret
Istic tecum agerem, Scires quàm viribus impar,
Quàmque parum Insuleo dignus sit Scaliger hoste.
Verùm homini a Musis alieno pandere Musas
Ridiculum fuerit: quem dedignatus alumnum
Est Helicon, certè & nos dedignabimur hostem.*

*Carmine nec iam agerem tecum, nî carmine & ipsa
Vi plectro infusa, scirem persape furorem
Leniri, hoc animi morbo te nempe leuatum
Anxius, officiis ut sum quoque pronus in hostem.*

*Quisquis eris Lector, naniis qui talibus horas
Impendes, his si fortasse offenderis, hostem
Iustiùs incuses, hanc qui nec læsus arenam
Apperuit, bellicue faces accenderit ultro
Hoc maledicendi iam dudum puluere notus.*

*Audis, quod spero, studio quàm dispere simus,
Illi charta minax & stillans sanguine penna,
Insuleo candor, sanctique modestia versus.*

Hoc recreor, quod de Golia non impare monstro
 Jfraelitarum minimo victoria cessit:

Assurgens Babilon, nullo molimine, nullis
 Chasmatibus fusa, elusa est discrimine vocis.

Tu verò (nam de te aliquid & fama susurrat)
 Tu qui Scaligero famulam ad conuitia linguam
 Præbes, & nostræ te liti interseris ultrò,
 Clām tamen, ignauum nempe hac formidine pe
 Testatus, paulum a turba seductior audi.

De Cælis agimus, si quid potes aptius, en te
 Osculor, amplector: sin Cæli nescius, & te
 (Quod credo) non tam Cælum, quàm cella fatigat,
 Quid tibi nobiscum? Cæli commercia, Cæli
 Ignaris fecisse nefas: Quo carmine cunctis
 Responsum volumus, scænæ quos ingeret hostis
 Gratia, non Veri studium, nec sanius actu
 Post nugabuntur: Cæli mysteria Musam
 Dum versant, illam scurrilibus interrumpi
 Nolim quisquiliis: operoso hoc puluere Cæli
 Libera cum fuerit, Palponum id vulgus inane,
 Has viles animas versu confecerit uno.

Responsuri igitur Iosephi ad somnia, quæ sit
 Iosepho series, quæ sit structura furentis
 Chartæ, inspectemus, quæ, quantum suspicor, hæc est.

Prima Grāmaticum, media sub parte Sophistam
 Egisti, in Scurram supremo desinis actu.

Ergò pari serie capitum duo prima refellam:
 Tertia pars mediis scurrarum exprompta lacunis

Prætermittetur, reliquis te in partibus, arte
Convincam & tabulis, istic vincere tacendo.

Ergò à grammaticis ducenda exordia Musæ?
Menè ergò audaci quem nuper Gallia cantu
Sacra Mathematices, Cælique arcana cientem
Audiit, hærentem leuibus nunc denique burris,
Primulaque, & pueris vix digna elementa terentem
Audiet? heu prisca dispar, Phæboque pudenda
Materies? sed Grammatico quid præter ab hoste?

Tu dea, quam penes est audacis gloria Plectri,
Da veniam, si dum respondeo, ineptior esse
Exemplo Actoris cogor Reus: hætenus egi,
Nunc agor, inuiti stolidas accingimur artes:
Hostis erit crimen, me his infecisse Camænas.

Nempe nouus Mystes (literarum) syllaba prima
Quanta sit, inquit, primo hoc sibi puluere sudor.

Ergòne ab hoc demùm status omnipotentis Olympi
Cardine pendeat Iosephe? ea syllaba tanti est,
A qua terrificis ducas exordia chartis?
Eho! etiam mecum peregrine, & Monte bicorni
Advena, de numeris certaueris? eho miselle
Me Plectrum, & numeros numerorum ignare docebis?

Vox hæc, ergò brevis natura, tenditur arte,
Dùm nempe ad metrum geminatur (muta³) Poetis.
Id pueris tritum, fiducia tota Iosephi
Grammaticus Codex id personat Ergo Iosephe,
Fare age, dic sodes, quo tandem læsus Apollo
Crimine? quod Numen, quas incestauimus aras

1
Scaligerea
enim in nos
censura fol.
2. pag. 4. his
verbis exor
si est. primâ
syllabam in
litera ab In-
sulano corre-
ptam, &c.

2
Literarum.

3
Nempe. T.

I
T.

*Vocis naturam, primæque iura secuti?
Præcipue cum non signetur epistola, citrà
Quam speciem, nobis rara est geminatio' Mutæ.
Sic literæ, puncti, sic res literaria Musæ
Dicuntur, sed quò burrarum venimus & nos?
Non Cælo hæc iter est: dignas has ingerit artes
Scaliger, & nucibus sensim nos rursus adegit.*

*Grammatici Tripodes, & sacris erutus antris
Spiritus, hæc etiam nostro mysteria vati
Rursum inspirarunt, dici victricia, victrix
Non tamen & neutro dici: me legibus istis
Aduersum, a Musis in iusta piacula toto
Sanguine deposci: rem illi committere Musas.*

*Ergo alacer Vallam, Calepinum, & cætera demùm
Grammatici quæ sunt usquam penetralia Phœbi
Percurrit bonus Antistes, insudat anhelus,
Sicubi nancisci hæc possit, (victricia victrix)
Victrices aquilas illinc attollere certus.*

*O stolidum caput! O multus de nomine sudor!
Sed ne ingratus in hæc toties elementa reuoluar,
Sat fuerit, si Claudiaden Heliconis alumnum
Præcipuum, authorem laudarim, ita nempe profatum,
(victrici concœpta solo²) Cur iudice tanto
Securus, fatui nugas, & somnia iam non
Despiciam? Orbilium pudeat sua iura doceri.*

*Hoc quoque & arcanum, stupeant quod iure Nepotes,
Scaligeræ iterum terris Cortina reclusit,
Nempe (supercilium iam nunc auerte pusillis*

2
Claudia-
nus initio
panegyrici
carminis de
sexto Hono-
rij consula-
tu.

Officiis) dixi, dicendum (aduerte) Iosephus
 Admonet, atque illic quotquot pius autumat vsquam
 Horrendo tonat ore Deos: hos euocat Axe
 Ad litem de litterula: Tam seria tantis
 Iudiciis peragi vir consultissimus optat.
 Dispeream si quid tota te dignius vsquam
 Audierim scena: si plusculus hisce vacasses,
 Histrion, non hostis poteris Iosephe videri.
 Papè! etiam laruas? natura insaniat ipsa
 Scaliger, an casu, vix credo dixerit, ista
 Qui leget: Ecquis enim hic dignus loue vindice nodus?

Tunc supercilium scriptis aduerte poscas
 Lectorem? quæ Rhetorices præpostera sunt hæc
 Dogmata? quàm stultè, vir magne, aduerteris istic.
 Vel pueri, quibus inculcas elementa, loquuntur.

Certè ego te Cælo, te quauis parte Mathesis
 Errantem, ut qui tùm tractes aliena, ferendum
 Censuerim, gratis miserum donabimus hostem
 Hac venia, excuset Phaetontem inscitia Cæli:
 Verùm in ea, quam tu profiteris Scaliger, arte
 Tam fœdè impingens ficto nec ab hoste ferendus.

Denique scuitiæ ne qua argumenta deessent,
 Præli etiam mendas operosè congeris, ut nos
 Cum nostro nequeas, alieno crimine tentes.
 Sat minimus vel apex, quo mirè ebuccinet ardens
 Hostis: adhæc, cum non possit meliora, recurrit.
 Pulchellum ô facinus! æterni ô iusta triumpho
 Causa, typographicus, quem nec tu effugeris, error.

1
 Apologiæ
 nostræ pro
 lucano pag.
 2.

2
 Iosephus e-
 pistolæ pa.
 5.

3
 Toto nem-
 pe epistolæ
 cursu: qua
 scaliger præ-
 cipue id a-
 git ut bi-
 bliopolæ si
 quid excide-
 rit, circun-
 spectet. ut
 Syeni, pro
 Syenæ dein-
 de, Recta Ae-
 quatorem par-
 tetur ad angu-
 la Pro Rectis
 Aequatorem
 paritur ad an-
 gulum.
 Quauis &
 hic Biblio-
 pola se die-
 rati excusa-
 re posset.

Factum igitur nobis alienum exprobet iniquus
 Hostis, fausta sibi fuerint hinc omina palmæ:
 In me equidem externo quod opus sit crimine, lator.
 Cæterum & id tanto quod dudum effertur hiatu,
 Calcographus noster minima emendauerit hora.

Hactenus ut fuerit nugister maximus Hermes
 Scaliger, audistis, quàm nunc ad Cælica solers
 Audite: & si quid demum est pietatis, ab illo
 Fædè discerpti iam nunc miserescite Cæli.

Hostis is est nobis, qui Cælo: Ideoque nec ipsa
 Insulei fuerit, sed Cæli pagina vindex.
 Nil causa ipse mea moueor, imponere Cælo
 Abstineas, causa abstineo: Si te impia de Diis,
 De Cælo commenta iuuant, permitte moneri
 Quos fallis: sit, si lædis, qui vulnera curet.
 Si qua fuit Cælum indignè luxasse voluptas,
 Luxato non inuideas fulcimina Cælo.

Ergo Mathematicæ prima hæc tibi gloria, quòd me
 Infelix veniam primo vel limine poscis,
 Et iam iam Insulei pedibus victoris adactus
 Intellecta minùs, temerèque asserta recantas.

Scaligeri c-
 nim culpā
 agnoscentis
 verba hæc
 sunt pag. 18.
 Fateor eam ef-
 se ve am le-
 ctionem &c.
 quod perperā
 interpretatum
 me fateor in
 Lucano.

Germanos igitur solers Cosmographus Austro
 Constituit: Quas sat dignas Germania grates
 Nunc, vir magne, tibi referat, qui scilicet illam
 Horrentem niuib. Cælo meliore locaris.

Hic a te impositum Lucani Manibus, hic te
 (Germanos) vocem falso affinxisse fateris.

Hac iam parte tui qui sit pudor, arbitror & te,
 Et quemcumque hæc est habitura tragœdia testem

Discere, & infœlix quàm sis de Rhetore Mystes.

*Id quoque & agnoscis, (luce) pro(nocte)repostum,
Rursus & ad veniam supplex aduolucris hosti
Interpres fatuus, temulentaque dogmata 'damnas.*

*Delitium humani generis te fingere perges,
Imperfracta tui te confidentia, te spes
Ludificæ Cælis ipsis mortalia suprâ
Euectum statuent, terras unde arduus, unde
Ut bulas nos despicias, hoc pascere vento,
Hæc saltem Insuleo disces, Josephæ, magistro.*

*Hoc unum doceo, quòd nec qua vinceris a me
Parte, vacas probris: Parthorum more sagittas
Emittis fugiens, pungis cum vincere non est:
Et si quid strepitus verborum hoc puluere posset,
Victus iam caneres inuicta voce triumphum.*

*Versibus his, (umbras nusquam flecente Siene)
Lucani mentem non esse, hoc Climate Solem
Terpetuò appendi, ac falsò tibi Scaliger istic
Substitui (nunquam) manifestum fecimus: At tu
Quid contra? (nunquam nusquâque) synonyma dicis.
Næ dignus scutica! dignus quem despuat omnis
Cætus, & a scena transuersum ad lora traharis!*

*Tunc adeo infestus Veri sis hostis, inepta
Ingerere ut prudens malis, quàm vera pudenter
Agnouisse? Quid hoc, vinci fera corda, domari
Non posse? At rursus quod nullo iure tueri
Grammaticus potuit, commento eludere certat.*

Egocero, & Cancro subiectis sedibus umbram

1

Pag. nempe
17. Scaliger
secundò
culpam &
agnoscit &
veniam
precatur
his verbis.
Vnum fateor
neque negabo
me deceptum
esse. &c.
& rursus
pag. 18.
in editione
mea Manilia
na (luce Boo-
tes) editum pro
(nocte).

3

Apologia
nostræ pag.
4. & 5.

3

Verba ete-
nim Scali-
geri hæc sūt
pag. 8.
Næ idem est,
nunquā um-
bras fle-
ctens, aut nus-
quam umbras
flectens, viro
enim modo le-
gas, idem est.

*Etnusquam, & nulla (verba ipsa appinxiimus hostis)
Anni parte iaci Veteres, ait ille, putarunt.*

Pag. 9. his
verbis Scali-
ger.

Veterum ea
fuit opinio,
sub Capricor-
no, & Cancro
nusquam ac
ac nullo anni
tempore um-
bram iaci.

Heu stolidum Myster! ó portentosa Matthesis!

Si Cancro, & Capro subiectis sedibus umbram

Deficere æternum credebant, Ergò necesse est

Id quoque crediderint, nempe uno tempore fixum

Diuersis Titana locis, hisque Æthere tanto,

Nempe quater decies & septem partibus Orbis,

Integraque Plaga, semotis. Deinde nec ortus

Esse, nec occasus illi, cum Gnomonis Umbra

Nunquam deficiant, nî cum Sol vertice sommo est,

Appendetque. Vides quò te, Iosephe, furoris

Sensim proripias, culpam defendere culpa

Dum satagis, Scenæ dum subseruire laboras,

Quà precor euades? aut nulla, aut ferrea frons est,

Iamiam nî resipis. Non est cur Astra doceri

Grammaticum pudeat: solatia forsitan & tu

Victus magna feres, hoc à me puluere vinci.

Hec quoque Iosephi superest insania, Nuper

Quadam elementa, quibus fieri emendatior annus,

Priscaque luxuries fastis innata recidi

Posse videbatur, scripsi, de luce, typisque

Nil mihi tum meditans: priuatim ea pagina vati

Scripta suo, vatis oculis compressa latebat.

Tam benè non latuit tamen, ut tua stigmata prorsum,

Ut morsus, rabiemque impuri euaserit oris.

Sed quia & huc Iosephe vocas, diuinitus ansam

Insuleo oblatam, tantis de rebus agendi

Certe non renuet: Quod nostrum hac parte *Mathesis*
Iudicium fuerit, faciemus postera testes
Secula: Lectorem nugis huc usque morati
Si sumus, hoc illi pensemus tadia lucro.

Annus ad aeternas leges, ad puncta reductus
Caelica, tercentum sex senis quinque diebus,
Quinque horis, scrupis quadräginta quinque, secundis
Octodecim, tertijs bisseptem denique constat.

Id reliquum horarum maius quinquunce diei,
Et quadrante minus, plebs Caeli nescia fecit
Quadrantem, lustroque ideo intertexuit unum,
Integrumque diem: Sic quadrans integer anno
Additus est, quadrans quamvis non integer esset.

Quadranti hac deerant, bisseptem nempè minuta,
Fractaque quæ docui, quod quadrans circiter horæ est.

Id minimum dices: At qui Cælestia versat,
Et minimo, & si quid minimo minus, improbus hæret.
Quod minimum nunc reris, idem tot deinde per annos,
Secula tot ductum pedetentim assurgeret arti
Innumerum: nîl non tandem sensibile Cælo.

Id quadrans horæ, tibi qui protuberat anno,
Si numeras, annò est centesima penè⁴ dici,
Sæclo integra dies, ut Ephemeris arguet ultro.
Secula si gemines, tanto geminaueris idem
Errorem, totidemque dies quot sæcula surgent.
Deterior fies progressu. En illa dierum
Luxuries, en cur à Phæbo discrepet annus.

Id vitij, hoc tuber primi aduertisse feruntur

1
Anni exa-
ctè emen-
dādi ratio.

2
Annus est
365. diē.
5. h. 45. m.
18. s. 14. t.

3
Si enim ex
sex horis
quas vul-
gus inter-
calat quo-
que anno,
subduxeris
5. h. 45. m. 18
s. 14. t. reli-
quum tibi
erit 14. m.
41. s. 46. t.

4
Nam si dies
est 24. hor.
quisque
quadrans
hor. erit no-
nagesima
sexta pars
diei, quæ
penè cente-
sima est.

24

4

96

1

96

Aethiopēs: Sedes noscendo aptissima Cælo.

In Horizon-
te enim ha-
bent utrū-
que Polū,
in Zenith
Æquino-
ctialem li-
neam: ita ut
illis nil Cæ-
li absconda-
tur, nil obli-
quē feratur:
& viginti
quatuor ho-
rarum spa-
tio habeāt,
quod nul-
lis nobis
sæculis cō-
tingere pos-
sit, nempe
ut hoc tan-
tillo spatio
& quotidie
Cælo om-
ni, & quam-
tūcūque
est, fruatur.

Nil latet hīc Cæli, libramine semper eodem

Noctibus æqua dies: Nobis ad Plaustra repostis

Durior, & medium aeterna caligine Cælum

Mersit, & ingratis vicibus, quodamque tumultu

Implicuit natura dies: Quid denique nostro

Orbe, nisi obliquum? naturæ id crimen in ipsos

Arctōos, his obijcibus nos arcet Olympo.

Ille igitur, quā nos, fausti magis Aetheris hospes,

Nos quoque prauertit: primusque ut iniqua notauit

Tempora, sic primus, fallax ut calculus ille

Emendaretur, docuitque, usuque probauit.

Nam quia iudicio transacti temporis, annum

Ciuilem vidit, tot tum superasse diebus

Legitimum, quot sæcla sibi numerata fuissent:

Sæclo quoque diem deduci iussit, & huius

Iudici patriis aeterna silentia Fastis.

Quem quoque & assuerat sacris impendere ludis:

Scilicet ut ludis, & religionē Deorum

Personata dies, hoc plausu ereperet anno

Commodius, sensusque minor medicaminis esset:

Et quæ non docilis, falli plebecula posset.

Is mos dum viguit, numeris & legibus annum

Continuit, sine quo, iamdiu præposterus iisset

Quisque dies, ferueret hyems, horresceret æstas.

Actas illa pares Signis, ac Mensibus ortus,

Occasusque pares vidit, non hercule tanta

Molis opus, quā vel docti plerique putarunt,

Vt quod, si propius spectes, Cælum ingerat ultro.

*Principio rerum cum prima repagula Titan
Exorsus, primum bissemam refluus egit
Zodiaci partem, prima uero id tempus, id anni
Principium, & Signi, & Mensis est nomine dictum.
Par ratio, par est series & Mensis, & Anni
Post-lapsi: Quid enim Menses nisi prorsus eandem
In spiram, primi semper renouatio Mensis?*

*Ergo si primus, quisquis fuit ille, recentis
Zodiaco mensis à Signi limine capit,
Fisdem a principiis reliquos capisse necesse est:
Atque eadem Mensi, quæ Signo exordia fingi.
Quo certum est, Fastos a Sole recedere, quantum
Menses a Signis, & Signa a Mensibus absunt.
Quando igitur fallax, & præceptus calculus anni
Jam Mensem a Signo vicienis penè diebus
Seiunxit, referendus eò tibi calculus, unde
Decidit, hique dies vicieni, a calce decembris
Usque recidendi, donec Capricornus & annus
Prorsum eadem ducant ab eodem exordia puncto:
Atque ita sit Signis idem, qui Mensibus ortus.*

*Quippe Calendarum cum sit immobile punctum,
Signa Calendarum punctis si fixeris, illa
Punctum in idem, simili semper compage recurrent:
A Signo occipiet, in Signum desinet annus:
Ut vel anus per se, Cælisque monentibus ultro
Addiscant, tanta quod nunc inquiritur arte.*

Signum Mense prius dices Iosephe, quid inde?

fiat, rescandunt iterum decem alij dies, Solstitiumque ad Calendas Ianuarias re-
ferendum.

Cum pri-
mum Sol
illuxit, &
retrogradū
cursum e-
xorsus est,
emissa duo-
decimapar-
te Cœli, Si-
gnum tum,
& mensem
perfecisse
dictus est.
Ergo verū
est dicere,
annum cœ-
pisse, à prin-
cipio &
signi & Mē-
sis, eisdem-
que Signo
& Mense ea-
dem esse
exordia.
Quod si
anno in
primo a-
gnosimus,
idem & in
cæteris a-
gnoscamus
necesse est:
cū anni
cæteri, nihil
aliud sint
prorsus,
quā pri-
mi quædā
renouatio.
Vnde ne-
cessario col-
ligitur, an-
num nobis
exordien-
dum à ca-
pite Signi,
simul &
mensis.
Quod ut

Multi com-
modius fo-
re opinati
sunt, si sol-
stitium po-
tius ad pri-
mam De-
cembris
promoue-
retur, quā
si ad primā
Ianuarij
retrahatur:
idque spe-
ciosius argu-
mentis:
quod scili-
cet ea ra-
tione Equi
noctia con-
seruarentur
Arietis & Li-
brae solitis
& antiquis-
simis sedi-
bus, ut &
Solstitia
suis Mensi-
bus, puta
Iunio, &
Decembri.
Sed id spe-
ciosū quan-
uis, falsum
tamen est:
Nam di-
sturbati an-
ni non a-
liunde cau-
sa est, quā
quod illa
quatuor
Tropica
puncta sur-
sum aguntur:
atque adeo
vitio cōsen-
tiet, qui ma-
gis ea velit promoueri, quā retrahi ad punctum à quo decidere.

*Non ideo efficies, quin prima repagula Phœbi
Signi à principio fuerint. Qua lege necessum
Hoc nempe est, anni primordia debita Signo.*

*Annum igitur cum iam nequeas nisi limine Mensis
Ordire, superest, ut Menses prorsus eodem
Auspicio a puncto, quo Signa & singula, ducant.*

*Nec desunt itidem, qui Brumæ puncta Decembris
Limine constitui malint, ut Junius uni
Solstitio, Veri Mars antiquissima sedes
Seruetur: Speciosa quidem, sed vana Mathesis.*

*Nam cum non Fastis aliunde obrepserit error,
Quam quod, Solstitii tibi punctum a calce Decembris
Repens sursum agitur: quo plus ea puncta Decembri
Intuleris, vitii tanto plus fautor, id, a te
Quod retrahi decuit, sursum prouexeris, ipse
Zodiaco, atque adeo contrarius omnibus Astris.*

*Iure igitur iam Cesarei damnabitur Anni
Luxuries, ut cui viceesima quinta Decembris
Brumam constitueret, Iani statuenda Calendis
Quæ fuerat: Mendum quod tantum in postera serpsit
Sacula, ut & Brumam nono, decimoque Calendas
Permulti, vndecimo tandem Probus ipse locarit.*

*Ille quoque & nostri qui nuper prodiit Anni
Calculus, ut laudanda quidem primordia fastis
Æquandis posuit, id adortus iamque dierum
Subtractu, atque illa quam nunc suademus amissi.*

*Hoc tamen & peccat, quod denis nempe diebus
Contentus minus absciderit, quā postulet anni.*

1. In quo peccarit annus Iulianus.

Luxuries, iam plus vicenis lucibus auda.

*Qui nū iterum bis quinque dies subduxerit, ut sic
Viceni sibi sint, & Fani limine figat*

Solstitium, Cælo nequaquam equauerit annum.

*Hæc lex, hæc ratio, quæ Phæbo consona demum
Sæcula, quæ Fastos ad ius Cæleste reducat.*

*Fusius hæc forsā, non veriùs, &, quod opinor,
Externa procul arte minùs, Iosephe, refundes.*

*Quàm sis, quàm fueris Patri plagiaris hæres,
Non equidem inquirō, nec quid Romana tot annis
Bibliotheca tibi furtim tentata ministrat.*

*Spero ea quæ terris despondes computa, furti
Mox factura fidem: Spero, non de fore, qui, quod
De te præcīnimus, ex te quandoque notabunt.*

*Si qua mihi forsā grauiorē otia curas
Post intermittēt, me Numina si qua forensi
Pistrino expedient, & rursū iniurius ipsi
Sis Cælo, hæc Cæli rursū quoque pagina vindere
Expectanda tibi. Hæc de Dijs mihi munia sunt.*

*Hactenus ō Musa. Hæc te Iosephe volebam,
Et Superos, & me versutatus eodem.*

*Veronam per me poteris ascribere Genti,
Stemmataque, & titulos Latiae factura pudorem
Historiae, & quicquid demum Patris æmulus audes:
Denique de Veneto instantem finxisse triumphum:
Scaligeris nihil ista, nihil maiora moramur:*

Imò & in id tecum votis impellimus aras.

*Dummodo non Venetum fines, non somnia prisce
Stemmatīs excedas, nec is (ut plerumque minaris)*

¹
De nostro
Calendario.

²
Emendatio-
nis ratio &
unica &
certissima.

³
Quò hæc
spectent, sat
superque
nouit Sca-
liger.

Obijcibus ruptis in nos deserviat æstus:
 Sin secus, esse putes genus irritabile vatum:
 Nec tibi, qui Superis æquè, mortalibus æquè
 Jamdudum insultas, post quicquam impune futurum.
 Scaligeros fama est Cælum tentasse Gigantes,
 Cælo iterùm insurgit soboles: Hoc gloriôr unum,
 Quod Cælum, quod me pietas tibi fecerit hostem.

